

desiderat recte non per qualemcumque vocem, sed per vocem tubae magnam significari decebat. Joannes totus raptus spiritu, ad quid vox tam ingens: & magna cum a sensibus non penderet: Vox hæc, quæ fidei, ac veritatis erant, insonabat; & hæc non submissè, sed forti, ac ingenti pectore, magnoque clamore, dicenda, ac publicanda sunt. Nam ut eleganter dixit Tert. lib. advers. Valentinianos, cap. 1. Nihil veritas erubescit nisi solummodo abscondi; quia nec pudebit ullum ei aures dedere.

Falso crimine objecto à perveris senibus, ad capitale supplicium ducitur Susanna. Tunc illa in testimonium veritatis, ac suæ innocentia, exclamavit; Senes etiam, ut scribitur, clamaverunt: Exclamavit voce magna Susanna; clamaverunt autem Senes adversus eam. Daniel. 13. num. 24. clamavit mulier; clamaverunt & Senes, sed solum de voce mulieris dicitur, quòd clamaverit voce magna; non sic autem Senes, sed solum de eis scribitur, quòd clamaverunt; & quomodo fieri potuit, ut unius delicatæ feminae vox duorum virorum vocem superaret, & absonberet? Illa clamavit veritate animata; illi mendacio suffocati, & veritatis vox magna, & alta est longè, latèque omnia vincens, & excedens. D. Hieron. ibid. Magna vox erat, ait, non aëris percussione; & clamore seu ium, sed pudicitia magnitudine, per quam clamabat ad Dominum. Unde & S. Scriptura in exclamatione Seniorum non apposuit magnam vocem. Et statim: Cordis affectus, & mentis pura confessio, & bonum conscientia, vocem ejus fecerat clariorum. Vide quæ dixi tom. 3. in Evang.

Veritatis vox omnia superat, & excedit.

D. Hieron. Veritatis vox omnia superat, & excedit.

QUESTIO XLII.

Quare hæc vox dicitur tam magna, ut tubæ sonum referret?

Alcazar hanc vocem magnam, tanquam tubæ, & etiam, de qua fit mentio infra in hoc c. num. 15. Et vox illius, tanquam vox aquarum multarum; existimat, utramque vocem esse Christi, qui prius vocem tubalem protulit, deinde vocem aquarum multarum. Et utraque vox, ait ipse, bellica erat; priori significabatur bellum illatum Ecclesiæ à Judæis, posteriori bellum illatum eidem ab omnibus gentibus; nam aquæ multiæ, populi multi. Tamen verius mihi videtur, quòd hæc vox, tanquam tubæ esset ipsius Dei excitantis, ac provocantis Joannem, ut respiceret, ac videret Christum inter Candelabra aurea, cujus vox erat, sicut aquarum multarum, dicens illi: Noli timere, ego sum primus, & novissimus.

Hæc vox non solum magna erat, sed etiam tubæ sonitum exprimebat: Cur autem hæc vox talem sonitum referret, explicandum est, pro quo supponendum, in veteri Testamento apud Hebræos, varios fuisse tubarum usus. Hæc erant in usu ad convocandam multitudinem filiorum Israël, quod duabus tubis fiebat Num. 10. n. 2. ad convocandos autem tribuum Principes, unica & brevi clangore utebatur, ad movenda autem castra, unica tuba fiebat, sed longo, ac prolixiori sonitu, citato Num. loco, n. 3. erat etiam in usu tuba ad convocandum

30. A e zar. Cujus esset hæc vox?

305. Varius tubarum usus.

Num. 10.

populum, ut res magna, & omnibus necessaria audiretur juxta illud Ose, 5. n. 8. Clangite bucina in Gaba, tuba in Rama. Tum etiam ad solemnitates celebrandas; unde est illud Ps. 80. n. 4. Bucinae in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestra. Tum etiam ad peccata populi arguenda, ac reprehendenda; unde ait Isa. 58. n. 1. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum. Tum etiam milites tuba ad pugnam contra adversarios excitantur. In quo ergo sensu, hæc vox sonitum tubæ referebat?

Respondeo, primò & ad litteram, quòd sicut Isai. 58. ac milites ad pugnam tuba excitantur, eodem modo hæc tubæ voce Christiani excitantur ad pugnam contra diabolum, & ejus membris, persecutoribus nempe, ac ad sustinendas multas, & varias tribulationes. D. Ambr. in præsent: Tuba, ait, ad pugnam milites provocare sole: similiter & nos sermo Dei ad pugnam contra diabolum, atque vincendum incitare non desinit. Dion. Carth. Sic per tubam, ait, ad pugnam homines provocantur, ita per verba libri hujus, fideles ad prælia contra peccata, diabolum, & persecutorum insaniam invitantur, & animantur. Similia habent Rupert. D. Th. D. Anselm. & alii: omnis ergo tepor à nobis est abjiciendus: fideles enim omnes hæc vox ad bellum invitat, ac provocat. Hinc Apostolus ad Ephes. 6. n. 13. nos vult esse armatos omni armatura Dei: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

Secundò. Cur hæc vox, quæ Joannem invitabat ad attendendum, similis erat tubæ: Hæc vox, tam in hac visione, quàm in aliis diversum statum Ecclesiæ Joanni representabat, unde tubam exprimebat; hæc enim maximè statum Ecclesiæ exprimit, ac representat. Joachimus Abbas: Ecclesia enim, ait, fuit archa in principio, quoad numerum fidelium: & occulta usque ad numerum Prophetarum; exinde vero largior, & manifestior usque ad Joannem: deinde in Apostolis dilatata, quorum sonus in morem tubæ grandis effectus, ad fines orbis terræ pervenit. Unde factum est, ut Ecclesia, quæ parvo angustabatur populo, in latitudinem gentium suæ daretur.

Tertiò. Aretas: Vocem, ait, tanquam tubæ, à tergo auditam fuisse innuit eo quod acer, ac penetrativus sonus opportunè missus sit ad omnem Ecclesiam. Cur hæc vox tanquam clangor tubæ auditur? Cum hoc non de bello, sed de patientia agatur? cum hic non de júbilo, ac convívio, sed potius de jejuniis ac inedia tractetur? Sermo iste dirigebatur ad fidelium cœtum, in quo multi sunt, tanquam somno lapsi, nullam salutis curam habentes: & idèd vehemens clangor tubæ cum magno strepitu exigitur, ut excitentur, & exurgant, ut de negotio suæ salutis agant.

Quartò. D. Ambr. in præsent: Hæc vox similis tubæ fuisse dicitur, de hac tuba Propheta Isaias 58. loquitur dicens: Clama, ne cesses, & quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum. Vox hæc vocem Prædicatoris referebat: sed quid commune habet tuba cum prædicatione, ut illa hanc exprimat? Tuba non solum excitat, sed etiam manibus tenetur:

Ose, 5. Psalm. 80.

Isai, 58.

306. Sermo Dei nos vocat ad pugnam cum diabolo.

D. Ambr.

Carth.

Rupert. D. Anselm. D. Thom.

Ephes. 6.

307.

Joachim. Tuba figurat Ecclesia.

308. Aretas.

Vox prædicatoris somnolentos excitat.

309. D. Ambr. Isai. 58.

Prædicator, quod docet verbis, opere adimpleat.

VERSIONES.

Arabicus. Convertique vultum meum huc.

D. Cyprian. Conversus respexi.

Aretas. Conversus sum, ut eum viderem, cujus vox loquebatur mihi.

Arias. Et ibi conversus sum; ut hunc viderem, cujus vox loquebatur mecum.

Syrius. Et converti me ad videntem vocem illam.

EXPOSITIO VIII.

ET conversus sum: Cum Joannes vocem, sive vocantem, à tergo audiret, naturali quodam impetu convertitur. Ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum: Seu ut clarius habet Arias, ut hunc viderem, cujus vox loquebatur mecum: Seu ut agnoscerem, seu prospicerem auctorem vocis, qui mecum loquebatur. Et conversus vidi septem Candelabra aurea: Quæ erant ejusdem formæ, sicut Candelabrum, quod posuit Moyses in Tabernaculo, Exod. 25. n. 21. & sicut illa, quæ Salomon collocavit in templo: Unumquodque horum Candelabrorum habebat septem lumina, & Ecclesiam significabant, ut statim dicam.

QUESTIO XLIII.

Quare Joannes ait, quòd conversus est, ut videret vocem; cum vox non videatur, sed audiat?

Germana, & genuina ratio ad questionem est, quòd idem est, conversus sum, ut viderem vocem; ac ut viderem Auctorem vocis, ad hoc tendunt lectiones, quas habent Aretas, Arias: hic modus loquendi est frequens in Scriptura Exod. 20. n. 18. Cunctus populus videbat voces: hoc est, audiebat voces. Visus cum inter omnes sensus sit certissimus, pro quolibet sensu, sensatione, ac cognitione certa sumitur: præcipue, quia intellectualis erat hæc vox, ideoque erat ipsamet visio: Unde propheta suas Prophetias modò verbum, modò visionem dicebant: quia in mente & spiritu, idem est videre, & a-dire. Deinde quia Propheta Deum loquentem sic audiebat, ac si res ipsas coram se geri cernerent. Ita Aretas: Haymo & alii.

Secundò D. Ambrosius. Sic ait: Audimus extra civitatem, vidimus in civitate, Deus lumen est æternum. Maxime adverb. e, quod Joannes supra versic. 10. ait: Audivi post me vocem magnam, tanquam tubæ: Modò ait, quòd conversus est, ut videret vocem. Cum primò ait, audivi post me vocem, significat vocem dei in hac vita, An qua per fidem audimus vocem dei, Angelorum, & Evangelistarum, ac

tenetur; ita Prædicator Evangelium, quod in ore habet, aliisque annuntiat; manibus debet tenere ac opere exequi, & adimplere. Prov. 19. n. 24. dicitur: Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os applicat eam. Ubi D. Hier. de solo Prædicatore hæc interpretatur: Desidiosus Prædicator non vult operari, quòd dicit: manum enim ad os porrigere, est, voci opere concordare.

Jacob benedicens filios suos, Nephtali ait: Cervus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. Gen. 49. n. 25. Nephtali fidelem prædicatorem Evangelicum denotare, tenet Lyranus: Dicitur Cervus, ut Prædicatoris celeritas ad peragrandum orbem denotetur, cujus nomine David dicebat. Psal. 17. n. 34. Qui perfecit pedes meos, tanquam cervorum. Et dicitur in textu: Cervus emissus: Verus Prædicator non exit ad prædicandum, antequam mittatur; non enim suo arbitrio, sed Divino nutu docetur, ne increpatus idiat illud 23. 21. Non missebam Prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Tandem dicitur, & ad rem nostram: Dans eloquia pulchritudinis: In Hebræo, ubi nos habemus pulchritudinis, est verbum Scapher. Quod pulchrum & tubam significat, ut nota vit Ol. aster: quid est quod in Concionatore, idem est pulchrum, ac tuba? quando vox Prædicatoris est ut tuba, quæ tunc sonat; & quando oris statui, ac respirationi adhibetur manuum operatio, opere adimplendo id, quòd dicit verbis; tunc verba ejus sunt eloquia pulchritudinis.

In signum suæ electionis in Regem ait Samuel Saul: Cum ingressus fuisset urbem, obviam habebis regem Prophetarum descendens de excelso: & ante eos psalterium, & tympanum, & cytharam, & cytharam, ipsæque Prophetantes. Reg. 10. n. 5. Hi Prophetæ Prædicatores designabant, ut est communis interpretum vox; & dicuntur descendere de excelso, id est, de contemplatione ad prædicandum; & scribitur, eos habere illa instrumenta musica, sci licet, psalterium, quod erat decem chordarum tympanum, tibiam, & cytharam, quæ pulsante manu resonabant voce; quia Prædicator, quod tonat ore, debet adimplere manu: Et refertur, quòd hæc instrumenta musica non post se habebant, sed ante; quia Prædicator, quæ prædicat, non ut repudianda post se, sed maxime fixa ante oculos habeat, ut exequatur D. Greg. Notandum, ait, quia psalterium, tympanum, tibiam, & cytharam ante se habere Propheta perhibentur, ut elocorum Prædicatorum forma videatur. Reprobi namque post se, quæ prædicant, habent: quia dicunt, & non faciunt, negligunt bona agere quæ cognoscunt: Sancti ergo Doctores, qui aiter superna conversationis, quod prædicant continuo incessu boni operis servant, in eorum typo dicitur, quia Propheta psalterium, tympanum, tibiam, & cytharam ante se deservientes habuerunt. Similia habet Beda.

Apoc. I. n. 12. Et conversus sum, ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum; & conversus vidi septem Candelabra aurea.

Boni Prædicatores ante se habent, quæ prædicant, ut exequantur. D. Greg.

309. D. Ambr. Isai. 58.

Prædicator, quod docet verbis, opere adimpleat.

Quaestio cyc  
dicuntur in  
vna, in pa-  
tris videtur

D. Hieron.

115.  
Hugo.  
Vox Prædica-  
toris videtur  
in opere.

116.  
D. Ambros.

Qui ad Deū  
ire desiderat,  
viam agnos-  
cat, qua ad  
eum perve-  
niendum est.

Psal. 24.

Incognit.  
Isai. 2.

117.  
Matth. 24.

Assumitur,  
qui viam sa-  
luis agnovit

et Prædicatorum; fides enim ex aud tu. Cūm secundo ait: *omnesus vidi vocem*; quæ loquebatur mecum. *Statim patris denotat*; in quo anima ab on re corporis absoluta, tunc clarè, & aperte facie ad faciem videt, quæ in via per fidem credebantur, ut dicta oraculis prophetarum, Evangelistarum, ac Prædicatorum v. Hieron. epist. 27. de Paula differens, ait: *Saru videtur quia esurivit, & lata decantat, sicut audimus, sic videmus.*

Tertio, Cardina is Hugo: *Talis enim vox prædicatoris debet esse, qua videatur; quando, quod dicit ore, ostendit opere; & tunc talis vox multum est efficax, nec vacua revertitur.* Conuersus est Ioannes ut vocem videret; vox non est obiectum visus, sed auditus, quomodo Ioannes vertit vultum, ut vocem videat? Bene sciebat Ioannes vocem dei sicut & Prædicatorum visibiles esse; cum id, quod Prædicator dicit ore, videndum sic in opere.

Quarto, D. Ambr. Cur Ioannes tandiu stetit avertus, & non statim ad primam vocem conuertitur? *Sciendum, ait, quod nobis dedit exemplum; nam ad eum, qui secum loquebatur, non prius conuersus est, quam nomina Ecclesiarum, ad quas scribere præcipiebatur, audire: Et per interpretationem nominum septem Ecclesiarum, diximus, viam demonstrari, qua ducit ad vitam. Quisquis igitur per hanc viam ad Deum desiderat, aut legendo, aut talia audiendo, qualiter per hanc viam gradi debet, investigare debet; quia stultus viator est, qui ad locum optatum ire desiderat, & viam nescit, si non prius discere studuerit, que sit legitimo via, qua asperitas, qui austractus, que pericula, ut cum iter scādere coeperit, pericula præcognita facilius pertranscat.* Valde mirum est, quod Iohannes audivit post se vocem magnam, tanquam tubæ, quæ ei dicebat: *Quid vides scribere in libro, & mitte septem Ecclesiis, que sunt in Asia, Epheso, Smyrnat, &c.* Ioannes stetit avertus, quo usque hæc dicerentur: cur ergo ad primum istum vocis, non conuersus est ad eum, qui à tergo ei loquebatur? Per interpretationem nominum septem Ecclesiarum demonstratur via, quæ ducit ad vitam; Nam *Ephesus* iuxta D. Ambr. significat voluntatem, quam quisque debet habere bonam, ut Deum sequatur. *Smyrna* Cantantium, quod quisque habet in corde in laudem sui conditoris. *Pergamus* divisionem importat quam quilibet obleret ad discernendum bonum, & malum, &c. quæ prolequi ut D. Ambr. Optimo ergo iure prius Ioannes non conuertitur ad loquentem, ac vocantem se, antequam nomina Ecclesiarum audierit, seu viam salutis perceperit, quæ ad Deum perveniendum est: hinc dicebat David deo: *Vias tuas, Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.* Psal. 24. n. vias tuas semitas tuas; id est, legem tuam ut est communis interpretatio cum nostro Incognito, & hæc bis fit repetitio, ut pote res summi ponderis. Et Isaias 2. n. 3. *Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias tuas.*

At Christus d. loquens de extrema dei iudicii: *Una molens in mola, una assumetur, & una relinquetur.* Matt. 24. n. 41. Et cur, cum duæ sint molentes in mola, tam disparem habent sortem, ut una assumatur ad salutem alera in illa miserabili perditionis via relinquetur? Assumitur una, quia oculos habuit, ut cognosce-

ret viam dei & à volubilibus mundalibus rebus declinaret, relinquitur altera, quia cæca existens, iter salutis, ignorans in hac miserabili sorte voluitur. Hanc lucæ ruinæ causam assignat D. Pasch. 11. in Matt. *Altera vero, ait, qua permanserit cæca, ad molam relinquetur gyrando in sua cæcitate. Alioquin ille Samson fortissimus, nunquam ad hanc molam venisset, nisi prius gratiam Spiritus Sancti, deinde oculos, perdidisset.* Ex eo quod Samson perdidit oculos ut declinaret insidias depravatæ mulieris, inde ad hanc molam, ac in exitum devenit.

QUESTIO XLIII.

Quare Ioannes hic videt septem Candelabra, cum Moyses unum posuerit in Tabernaculo, & Salomon decem fecerit in Templo.

Cum Apocalypsis plena sit allusionibus ad varios testamenti veteris locos, erant hæc septem candelabra instar illorum veterum quæ fuerunt in Tabernaculo & in templo Salomonis; unumquodque Candelabrum erat septeceps, hoc est, septem lucernas habens, quodlibet enim habet septem scapos, sive calamos, qui singuli in culmine habebant lucernam, ut constat ex Exod. 25. num. 31. tale erat quod vidit Zacharia 4 n. 2. *Vidi Candelabrum aureum, & septem lucernas super illud*; at proinde hæc nostra septem Candelabra habent quadraginta novem lucernas.

Moyses in Tabernaculo posuit unum Candelabrum, ut patet ex proximo citato loco Exod. 25. Salomon vero in templo constituit decem: Candelabra aurea, quinque ad dexteram & quinque ad sinistram contra oraculum 3. Reg. 7. n. 49. tot fabricavit Salomon pro majori decore, ac capacitate templi, ut ait Abulensis & quia eum tempus non movebatur, ut oraculum in deserto, ut ait Sanch In lege vero gratiæ septem apparent candelabra, omnia autem hæc candelabra tam vetera quam nova Ecclesiæ significabant: ut expressè de nostris dicitur hoc cap. 1. n. 10. *Candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt.*

Quæstio inquitur cur in Tabernaculo Moyses erat unum Candelabrum, in templo vero quinque ad dexteram, quinque ad sinistram, in lege vero gratiæ septem sunt Candelabra? Et ratio germana est, quia denotabant septem Ecclesiæ Asiæ: deinde quia in lege veteri pauca & parva erat gratia & lux & ideo in Tabernaculo Moyses unum Candelabrum, in lege vero gratiæ multiplex. In templo quinque Candelabra ad dexteram oraculi, quinque ad sinistram per quæ denotabatur, quod Ecclesia tam in dextris, quam in sinistris, tam in prosperis, quam adversis, semper sit luce plena: nec successibus erigitur, nec persecutionibus deicitur. Ita ex D. Gregor. homil. 6. in Ezechiel. Ribeira de templo lib. 2. c. 5.

Beda tamen ad ipsam legem veterem deducit rem, ait, quod illa quinque Candelabra denotabatur quinque libros legis, in quibus tota lex antiqua nitebatur: & divisa erant inter se, quia lex illa tota dividebatur inter bona spiritalia & terrena, quæ promittebat; ideo inter dexte-

D. Pasch.

318.

Exod. 25. Zachar.

319.

3. Reg. 7.

Abul.

Apocal. 1.

320.

D. Greg. Ribei.

321.

Beda. Lex Evangelica septem donis Spiritus Sancti repleta & unita cum Christo.

dexteram, & sinistram partita erant: at in lege Evangelica septem sunt Candelabra, septem nempe gratiæ Spiritus Sancti, quibus lex nova repletur, & hæc maxime unitæ sunt cum Christo in quorum medio ipse degit, & ambulat.

De Ecclesia ait Regius Vates: *Gloriosa dicta sunt de re, civitas Dei.* Et subdit: *Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Ehyopum, hi fuerunt illi: Psal. 86 n. 4. ac si diceretur ecce Ecclesia constat, non ex unius, aut alterius religionis, sed ex omnium orbis plagarum hominibus, conditionum, morum, colorumque diversitate præditis; dum alii candidio es nive alii carbonibus nigriores, alii principes alii servi, ita (ut vult D. August.) sub his intelliguntur nationes omnium gentium. Ubi nos habemus in nostra Vulgata: *Hi fuerunt illi.* In Hebræo à D. Hier. & nostro Incognito legitur: *Ille natus est ibi.* Quomodo de tot populis, de alienigenis, de Tyro, Ehyopia, ac de omnibus nationibus, loquitur in singulari: *Ille natus est ibi?* Ac si esset ibi genitus, procreatus, & concivis. Unde illis tam diversis colore, conditione, ac moribus, tanta unio, ac concordia? Statim subdit Psal. 113. *Nunquid Sion dicei homo, & homo natus est in ea.* Homo Christus Iesus, ut est communis interpretatio; in quorum cordibus natus est; cum ergo in eis sit Christus, cui ipsi adherent, inquam membra capiti, licet natione, & conditione diversi sint, tamen ita inter se uniantur, ac copulantur, ac si omnes essent unus singularis homo,*

32.

Psal. 86.

D. August.

D. Hieron. Incognit.

Fidelium unitas in Ecclesia.

321.

Apoc. 1.

Ecclesia visibilis, & conspicua.

323.

D. August. Psal. 113.

Matth. 5.

D. Chryl.

324.

Atacas.

p. 3.

hoc est, qui à secum iente Christo lumen accepit in Apocalypsis, Tom. I.

susciperunt incorruptum; ad quem dictam est: *Psalm. 75. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Si Candelabra Ecclesiæ denotant, cur non potius lucernas, seu candelas dixit? Hæc à se lucem diffundunt; Candelabrum autem ex se non lucet, sed aliunde lucem habet; apte ergo non lucernæ, sed Candelabra dicuntur; quia Ecclesia non à se, sed à Christo lucens qua omnes illuminat, accipit, & habet.

Tertio, Richard. Victorin. *Sicut magna Candelabra tribus ferè pedibus sustentantur, ita Ecclesiæ in Sacrosancta Triadis fide, per charitatem operante, fundata, ereclaque consistit.* Hæc Candelabra ut supremi Regis, satis magna, & ampla erant hæc autem Candelabra tribus pedibus sustentantur. Hinc est, cur hæc Candelabra Ecclesiæ denotant, quia sancta Ecclesia, non in unius, vel duarum, sed in trium Divinarum Personarum fide, per charitatem operante, fundatur, ac stabilitur.

Quarto, Pereira: *Est Ecclesia, quasi Candelabrum per doctrinam scripturarum, lucida per fulgorem virtutum, splendida per gravitatem morum, ponderosa per obedientiam, delectabilis per predicationem, sonora per perseverantiam, extensa per spem; erecta per fidem in Deo fundata, per charitatem Deo astruatur.* In eumque quasi tota triaformata: luceque à Deo accepta, tenebras errorum depellens viam veritatis ostendens.

Quinto, Citat: Richard. Victorin. *Ecclesiæ, ait, tentationibus probata, unisonibus persecutionum extenuata ardenti igne sapientia celestis, & lucens opere charitatis.* Septem Candelabra, septem sunt Ecclesiæ: & cur Ecclesia Candelabro comparatur? Candelabrum cum ex metallo fabricetur, per ignem probatur malleis tunditur, unisonibus premitur, ut in optimi Candelabri formam componatur: Ecce cur Ecclesia cum Candelabro aureo combinatur. Ecclesia persecutionum pressuris tusa malleis, igne, ac instrumentis ferreis, multaque tyrannorum rabie probata, majori fulget igne sapientia celestis, lucidiorique charitatis opere splendet.

Cant. 2. n. 2. dicit: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea.* Paraphr. Chaldaei. *Comparata sum rosa, qua germinat inter spinas, à quibus perforatur, & rumpuntur folia ejus.* Ubi sermo est de Ecclesia, iuxta multorum sententiam, & tamen tunc dicitur germinare, & in magnos fructus crescere, & dilatari, quando undique à persecutionum spinis vulneratur, ac laceratur; proprioque sanguine rubescit: ipse enim sanguis effusus, est veluti aqua irrigans ad radicem plantæ, ut multum exurgat, ac dilataretur. D. Chryl. serm. in Juventin. & Maxim. M. M. *Enimvero, ait, Sicut planta rigata magis crescit; ita & fides nostra, oppugnata magis floret, & si ditio agitata, incrementa majora sumit: neque horti aquis irrigati ita germinant, & fecundantur sunt.*

De dilecta sua Ecclesia ait sponsus Cant. 8. num. 8. *Soror nostra parvula, & ubera non habet: quid facimus sorori nostræ in die quando alloquenda est?* Quod à Rupert, ac Cassiod. intelligitur de primitiva Ecclesia: quandoque à Nerone, suisque magistratibus compulsa est rationem reddere fidei ipsius Observa maxime quod æquæ Ecclesia hoc examen tyrannorum subiret, dicitur parvula numero, & quod ubera non haberet, ut tunc multos filios

Psal. 75. Ecclesiæ à Christo habet lucem, ac lucem.

325. Richard.

Ecclesiæ in fide Trinitatis per charitatem fundatur.

326. Pereira.

Ecclesiæ via veritatis ostendit, tenebras depellit.

327. Richard.

Ecclesiæ per persecutionibus crescit.

328. Cant. 2. Chald. sanguine effuso irrigatur Ecclesiæ, ad fructus producos.

D. Chryl.

329. Cant. 8.

Ecclesiæ post persecutiones magnas, & multas filios generavit.